

**Landesbibliothek Oldenburg**

**Digitalisierung von Drucken**

**Terentivs,|| A` M. Antonio Mvreto|| locis prope  
innumerabilibus|| emendatus.||**

**Terentius Afer, Publius**

**Venetiis, 1558 [erschienen] 1559**

Scena VII.

[urn:nbn:de:gbv:45:1-723936](#)

Reliquom? P. tantū est. LA. cesson' huc intro irrūperet?  
 Pa. Non dubiū est, quin mihi magnum ex hac re sit malum,  
 Nisi, quia necesse fuit hoc facere, id gaudeo,  
 Propter me hisce aliquid esse euenturum mali:  
 Nam iam diu aliquam caussam quærebat senex,  
 Quā mobrem insigne aliquid faceret ijs: nunc repperit.

## ACTVS QVINTI SCENA VII.

PYTHIAS, PARMENO.

Vnquam ædepol quidquam iam diu, quod  
 magis uellem euenire,  
 Mi euenit, quām quōd modo senex intro ad  
 nos uenit errans.

Mihi solæ ridiculo fuit, quæ quid timeret, scibam.  
 Pa. Quid hoc autem est? PY. nunc id prodeo, ut cōueniam  
 Parmenonem.

Sed ubi obsecro est? Pa. men' quærerit hæc? PY. atque  
 ecum uideo: adibo.

Pa. Quid est inepta? quid tibi uis? quid rides? pergin'?  
 PY. perij.

Defessa iam sum misera te ridendo. PA. quid ita? PY.  
 rogitas?

Nunquā ædepol hominē stultiorē uidi, nec uidebo. ah,  
 Non pote satis narrari, quos ludos præbueris intus.  
 At etiā primo callidū, & disertum credidi hominem.  
 Quid? illic oīe credere ea, quæ dixi, oportuit te?  
 An pœnitēbat flagitijs, te auctore quod fecisset  
 Adolescens, ni miserum insuper etiam patri indicares?

G 3 Nam

VITA



E V N V C H V S

Nam quid illi credis animi tum fuisse , ubi uestem uidit  
illam esse eum indutum pater? quid iam scis te perisse?  
Pa. Ehem , quid dixti pessima? an metita es? etiam rides?  
Itan' lepidum tibi uisum est scelus , nos irridere? Py.  
nimium.

Pa. Siquidem istuc impune habueris. Py. uerum? Par. reda-  
dam hercle . Py. credo :  
Sed in diem istuc Parmeno est fortasse , quod minitare :  
Tu iam pendebis , qui stultum adolescentulum nobilitas  
Flagitijs , et eundem indicas : uterque in te exēpla edent.  
Pa. Nullus sum . Py. hic pro illo munere tibi honos est ha-  
bitus . habeo .  
Pa. Egomet meo indicio miser , quasi forex , hodie perij .

A C T U S Q U I N T I S C E N A VIII.

G N A T H O , T H R A S O .

Gn. vid nunc? qua spe , aut quo consilio hue  
imus? quid incepitas Thraso?  
Th. q Ego ne? ut Thaidi me dedam , et faciam quod  
iubeat . Gn. quid est?  
Th. Qui minus huic , quam Hercules seruiuit Omphale?  
Gn. exemplum placet .  
vtinam tibi commitigari uideam sandalio caput .  
sed quid? fores crepuere ab ea . quid autem hoc est  
mali?  
Hunc ego nunquam uideram etiam . quidnam prope-  
rans hinc profilit?

A C T V

